Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jhesuida ieronimi de vallib[us] paduani

Vallibus, Hieronymus

[Basel], [um 1474]

Proverbia salomonis

urn:nbn:de:bsz:31-315825

Visual Library

Affariq; palam populos hominemq; fateri
Quem verbo incluſum maxime mox angelo viſo
Virginei timuere ſinus innupta q; mater
Arcano ſtupuit compleri viſcera partu
Auctorem paritura ſuum mortalia corda
Artificem texere poli mondi q; repertor
Pars fuit humani generis latuit q; ſub ymo
Pectore qui totum late complectitur orbem
Et qui non ſpacijs terre non equoris vnda
Nec capitur celo paruos confluxit in artus
Quin et ſupplicij nomen nexus q; ſubiſti
Ut nos eriperes leto mortem q; fugares
Morte tua mox ethereas euectus in auras
Purgata repetens leta te luce parentem
Auguſtum foueas feſtis vt ſepe diebus
Annua ſinceri celebret ieiunia ſacri

Prouerbia ſalomonis

Si ſalamoniaci florem vis carpere libri
Hic prece pratellum morali falce ſecandum
Verba patris fili non ſurdis auribus audi
Recta reuelantem maternam ſuſcipe legem
Principium vere domini formido ſophie
Crimina pellentis documen prediſce timoris
Si ſapiens viuas tibi ſoli commodus extas
Vis fatuus fieri tibi fers incomoda ſoli
Indolis eximie puber cognaberis eſſe
Qualis pubeſcit docilis pudenda ſeneſcit
Vnanimem verbis fratrem lactare cauebis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

P erfidus ore ſuum ſimulator ineſcat amicum
T e penes id quod habes poſcenti otinuodes
Q uid tibi quid ſortis pariet lux poſtera neſcis
S e ſibi dum ſubdit victrix patientia vincit
I mperitans animo melior victore ſupbo
I urgia rixoſis interſunt crebra ſupbis
D urior immanem ſuccēdit ſermo furorem
M ellificat diram reſponſum melius iram
E xitat horrendas odium miſerabile rixas
M utua letiferas operit dilectio noxas
N afra ſceleſtorꝝ iactamina tempne virorꝝ
P erpetrare ſcelus fuerit pludicra ſeuus
L udicra lamentum portendunt gaudia luctum
Q uem tibi operies fidum fidenter amices
F idus abinfido ſecedat amicꝰ amico
Q uo gradus edicior caſus occaſio peijor
I nnumere macule quiſnam ſe iactiez q̄qꝫ
M ultociens multas omendantur ſomnia curas
C omplures animas viciauit viſio fallax
Q ui ferale parcit puerum feraliter odit
I ncipiens totum feſtinat fundere flatum
T emperat interdum ſapiens intpe motum
S emper ſollicitꝰ viciatur ſuſpicioſus
Q ui ſibi nil oſtat ſecura mente quieſcit
C ogere numinatꝰ numinos affectat auarꝰ
D apſilis aggeſtū pauitat ſeruare lucellū
Q uem iuuat ebrietas merito hic ſumet egeſtas
Q uid cinis ꝛ puluis ſubiuiam laude tumeſtis
F inis inextremo canit̄ laus omnis abymō
Q uanto p̄cipuꝰ tanto magis eſto pugillꝰ

Teli tabe mali quoſdam tabeſcere vidi
Sperne voluptatē cruciatus parturientē
Pauperis adiutoꝛ pupilli iura tuetoꝛ
Cauſidicꝰ vidue non aſpernaberis eſſe
Quod legale noues notū ne reddere tardes
Pandere quod nolim pꝛomittere qualiter auſim
Blanda dealbati fugies affamina ſcoꝛti
Diſcere multa ſtude multos ⁊ multa docere
Omne nocet nimium mediocriter omne gerendū
Decurſare tuis noli velud vrſus alumnis
Imperio faciles facili moderare clientes
Toꝛpidus inſtratur ceu cardine valua rotam
Humidus ignitum ſurgit vapoꝛ ante caminum
Rixa ſimulantem prenūciat ira cruorem
Non niſi ſupplicio nequam dominabere ſeruo
Ictibus aſſiduis tūdatur turgida ceruix
Propoſiti foꝛtem moderari diſce rigorem
Redditur invalidus ſi ſemꝑ tenditur arcus
Ne perimas animam cuſtodi garrule linguam
Proditur haud dubijs peruerſus apoſtata ſigni:
A: puero purum ſophimatis excipe fructum
Quod tibi nunc acidū paulo poſt crede ſapoꝛꝫ
Aret terra ſiti rapido nil ſufficit igni
Frontis rara fides quam rariquippo fideles
Clauditꝰ addādū valua pāditꝰ adcapiendum
Cum locuplete viro litem motare caueto
Se prioꝛ incuſat quem mens bene ɔſcia laudat
Non tua ſed potius laus te ɔmendet alius
Iure peroſus eris ſi quid ſophiſtice queris

Expliciunt ꝓuerbia ſalomonis